

www.e-rara.ch

Unio dissidentium locorum scripturae, hoc est, Libellus omnibus unitatis ac pacis amatoribus, utilissimus, ex praecipuis Ecclesiae Christianae doctoribus

Bode, Hermann

Basileae, 1541

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7155>

Omnes Christiani sacerdotes sunt, reges, & prophetae

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

OMNES CHRI-

STIANI SACERDOTES SVNT,

Reges, & Prophetae.

Exod. 19.

cap. 19. vobis



Ea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.

2. Petri. 2.

vultu suu
alioquin
alioquin

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos uocauit in admirabile lumen suum.

Apoed. 1.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo fecit nos regnū et sacerdotes Deo et patri suo.

AVGVST. LIB. DE VITA

Christi. Cap. 2.

Christum unctum interpretari, sapientium & fidelium nullus ignorat. Vinctos uero non nisi sanctos uiros, & satis Deo dignos semper fuisse manifestum est: nec alios quàm prophetas, aut sacerdotes, aut reges. Et tam magnum fuit ipsius unctionis mysterium

ut

ut in iudaico populo, non omnes illud, sed satis pauci de plurimis mererentur accipere, & hoc usq; aduentum Domini nostri Iesu Christi, quem Deus oculo letitiæ, id est, spiritu sancto præ cæteris consortibus suis unxit. Ex quo tempore credentes illi, & baptismatis illius sanctificatione purgati, nõ aliqui sicut sub lege prius fuerant, sed omnes in prophetis et sacerdotibus unguuntur & regibus. Cuius unctionis quales esse debemus admonemur exemplo, ut in quibus tam sancta est unctio, sit non minus conuersatio. Ex sacramento enim unctionis huius & Christi & Christianorum omnium, id est, in Christo credentiũ uocabulum descendit & nomen. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur.

Omnes fideles in sacerdotibus unguuntur & reges.

ORIG. SVPER LEVIT. HOM. 9.

Cap. 16.

Omnes enim qui cūq; unguento sacri chris-matis delibuti sunt sacerdotes effecti sunt, sicut & Petrus ad omnẽ dicit ecclesiã: Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotium, gens sancta. Estis ergo genus sacerdotale & ideò accedetis ad sancta. Sed & unusquisq; habet in se holocaustum suũ, & holocausti sui ipse succendit altare, ut semper ardeat. Ego si renunciem omnibus quæ possideo, & tollã crucẽ meã, & sequar-

X 2

Christũ

Holocausta Christum, holocaustum obtuli ad altare Dei : aut si
 & sacrificia Christia tradidero corpus meum ut ardeam, habens charitatem,
 & gloriam martyrij consequar, holocaustum me ipsum
 ui hominis. obtuli ad altare Dei. Si diligam fratres meos, ita ut
 animam meam ponam pro fratribus meis, si pro iusticia,
 pro ueritate usque ad mortem certauero, holocaustum
 obtuli ad altare dei. Si membra mea ab omni concu-
 piscencia carnis mortificauero, si mundus mihi cru-
 cifixus sit, & ego mundo holocaustum obtuli ad alta-
 re Dei & ipse meae hostiae sacerdos efficior.

CHRYSO. IN OPERE IM-

perfecto. Cap. 7.

Matth. 7. Attendite uobis a falsis prophetis.

Prophetae Scriptum est: Omnis lex & propheta usque ad Io-
 in nouo te= annem. Non quia futuri non erant post Ioannem:
 stameto qui fuerunt enim Agabus & Syllas, & multi. Sed quia
 sunt. prophetia de Christo non erat futura post eum: er-
 go prophetia quidem cessauit. Prophetae autem &
 fuerunt & sunt, sed non qui prophetarent de Chri-
 sto, sed qui interpretarentur ea quae de Christo ab
 antiquis fuerunt prophetata, id est, doctores ecclesia-
 rum. Sed & omnes Christiani prophetae dicuntur,
 qui in regnum, & sacerdotium, & in prophetiam
 anguntur. Nec enim quis potest propheticos inter-
 pretari

pretari sensus, nisi habeat spiritum prophetiæ. Hæc autem diximus ut ostendamus, quia propheta de quibus loquitur, doctores dicuntur. Sciēs ergo Dominus futuros esse falsos doctores hæresum diuersarum contra ueros doctores, qui scripturas Propheticas et Apostolicas peruersa interpretatione cōfunderēt. Ideò per Apostolos suos omniū ecclesiarum doctores admonet, dicēs: Attēdite uobis à falsis prophetis, etc.

ORIGEN. SVPER IVDICVM

Homilia. 6.

Ideò quia uos reges estis, meritò rex noster Christus Opera uerū
 stus dominus rex dicitur regum, & Dominus domi- regis.
 nantium. Sed sicut exultastis de nobilitatis uestre ti-
 tulo, ita discere debetis quid agendo unusquisq; ue-
 strū fiat rex. Quod uobis ita breuiter diffiniā. Regē
 te omniū esse facit, si regnet Christus in te. Rex nāq;
 à regendo dictus est. Si ergo in te regnet animus
 & corpus obtemperet: si concupiscentias carnis sub
 iugum imperij tui mittas: si uitiorum Gentes sobrie-
 tatis tuæ frenis arctioribus premas, merito rex
 diceris, qui te rectè regere noueris, &c.

CYRILLVS IN LEVITICVM

Lib. 13.

Testamentum (inquit) æternum erit Aaron, & fi- Locus sanctus

Et in anima eius, & manducabunt ea in loco sancto. Aaron
 anima est. & filij eius, genus est electū, genus sacerdotale, qui-
 bus hæc portio sanctorum donatur à Deo: quod sumus omnes, qui credimus in Christū. Locū autē san-
 ctorū, ego in terris non requiro positū, sed in corde.
 Locus enim dicitur sanctus, rationalis anima, &c.

CYRIL. IOAN. CAP. IX.

Lib. 6. Cap. 20.

Et tu doces nos? Solet enim maiorum consuetudo
 à minoribus aliquid discere dedignari: quod nimirū
 ex latente morbo superbiæ proficiscitur, quo sibi a-
 nimus falsam scientiæ opinionem asseribit & erube-
 scit ab eis qui inferiore gradu vitæ aut dignitate
 sunt constituti quippiam percipere, ne ignorasse ui-
 deatur id ipsum, aut minor illo in doctrina appare-
 at à quo discit, cū cupit omnibus super eminere. Sed
 si animus noster uera esset humilitate munitus, non
 erubesceret et iam à quouis puerulo quicquàm quod
 ignoraret addiscere. A quocunq; enim percipi potest
 ueritas, amplectenda est & capessenda, &c.

BEDA IN EPIST. PETRI. I.

Cap. 2.

Sacerdotium sanctum.

Quo manifestissimè nos hortatur ut sacerdotiū
 sanctum

sanctum ipsi existentes super edificemur super fun-
 damentum Christi. Omnem ergo ecclesiam sacerdo-
 tium sanctum appellat, quod sola domus Aaron in Ecclesia
 lege nomen & officium habuit. Quia nimirum om-
 nes summi sacerdotis membra sumus, cuncti oleo le-
 titie signamur, uniuersis congruit quod subdidit: Of-
 ferre spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum
 Christum. Spirituales autem hostias opera nostra, e-
 leemosynas, & preces dicit ad distinctionem carna-
 lium in lege uictimarum. Quod autem in conclusio-
 ne dicit: per Iesum Christum, ad cuncta quæ premi-
 serat pertinet, quia per ipsius gratiam & super edi-
 ficamur in illo per architectos sapientes, hoc est, mi-
 nistros noui testamenti, & domus spirituales effici-
 mur per spiritum eius contra pluias, uentos, fulmina
 tentationum muniti. Et sacerdotio sancto participat-
 re, & boni aliquid acceptabili Deo gerere, non nisi
 per ipsum ualemus. Sicut enim palmites non possunt
 ferre fructum à semetipsis nisi permanserint in uite, Ioan. 19.
 sic nec uos (inquit) nisi in me manseritis.

IDEM IN APOCALYPSIM

Lib. 1. Cap. 1.

Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri
 suo. Quia rex regnū & sacerdos cœlestis se offeren-

Omnia mēbra Christi sacerdotes sunt. do pro nobis nos suo corpori adunauit: nemo sancto rum est, qui spiritualiter sacerdotij officio careat cū sit membrum æterni sacerdotis.

IDEM IN EODEM LIB.

Cap. 20.

Sed erūt sancti dei et Christi. Alia æditio habet Sacerdotes dei et Christi. Nō autē de solis episcopis & presbyteris dictū est, qui propriē uocantur in ecclesia sacerdotes: sed sicut omnes Christi dicimur propter mysticū charisma, sic omnes sacerdotes, quoniā membra sumus unius sacerdotis. De quibus apostolus Petrus, plebs inquit, sancta, regale sacerdotium &c.

1. Pet. 2. Hebr. 5. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis ut uos doceamini quę sūt elementa exordij sermonum Dei.

HIER. TO. VI. IN MALACH.

Cap. 1.

Ad uos ô sacerdotes qui despicitis nomen meum.

Corripit sermo diuinus episcopos atq; presbyteros & diaconos negligentes, siue quoniam genus sacerdotale & regale sumus, omnes qui baptizati in Christo, Christi censentur nomine, cur despiciant no-
men

men dei: Et interrogantibus in quo despexerūt nomen eius, causas monstrat offensæ: Offertis, inquit, super altare meum &c.

CYRILLVS IN IOANNEM

Cap. 20. lib. 12. Cap. 56.

Pollicitus est de cœlo cum apud patrem fuerit spiritū mittere: quod tempore Pentecostes effecit, quando largissime spiritum effudit ad omnes, qui fide atq; baptismo illū consequi student. Tunc enim illud Propheticum adimplebatur: Quia effundam de spiritu meo super omnem carnem.

Cumq; prophetarent in castris Heldad et Medad, cucurrit puer et nūcia uit Moyssi, dicens: Heldad & Medad prophetant in castris &c. NUM. 12.

Prophete autē duo aut tres dicant, 1. Cor. 14.
& cæteri dijudicent. Quod si alij reuelatū fuerit sedēti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, & omnes exhortentur.

Verbum Dei non est alligatum. 2. Tim. 2.

EVSEBIVS CAESARIENSIS

Eccle. Histo. Lib. 6. Cap. 15.

Y 5

Quod Epistola

Alexandri Hieroso. ad Demetrium Alexandri num. Quod aut addidisti in literis tuis, quia nunquam auditum, aut aliquando factum sit, ut presentibus episcopis laici disputent. Nescio quam ob causam tam aperte mendacium asserere uolueris, cum consuetudo haec sit, ut sicubi inueniantur qui possint fratres instruere in ecclesia, et consolari populum, ad tractandum semper a sanctis episcopis inuitentur, sicuti Euelpius a Laici etiam fratre nostro Neone apud Larandos, et Paulinus a ab episco Celso apud Iconium, et apud Synandam Theodorus po inuitan/ ab Attico. Non autem dubium est, quod opus & alij tur ut prae= plurimi in alijs locis, si qui sint, qui possint opus dei dicent uer= in uerbo & doctrina competenter explere ad hoc bum. ipsum a sanctis episcopis inuitentur &c.

IDEM LIB. VII. CAP. VI.

Vox ad Ego (inquit) et tractatus hereticorum lego, & tradi iDonysium tiones eorum persecutor, etiam si uidear ad horam uerbis Ale. caelitus eorum pollui. Sed multum mihi confert hoc ipsum quod ex audita de li ipsorum uerbis arguere eos possim. Denique cum aliquis ex bris hereti fratribus et copresbyteris prohiberet me, ne heretica eorum. lectione tanquam coeni alicuius foetore polluere, uisio Visiones mihi quaedam a deo ostenditur quae me confirmaret, & quando a no sermo ad me factus est, haec mihi euidenter proloquens bis creden= Lege omnia quaecumque in manus tuas uenerint, quia da. probare singula quaeque et discenere potes: quandoqui dem

dem ex initio hæc tibi causa fuit credendi. Amplexus sum uisionem, quia & Apostolica sententiæ concordabat, dicenti: Omnia legite, quæ bona sunt tenete.

IN HISTORIA TRIPARTITA

Libro.2.Cap.3. Socrates.

Cum plurimi disputationis delectatione traherentur, unus quidam ex cōfessoribus laicis simplicem habens A Laici di
sensum, Dialecticis obuiabat, dicens: Audite igitur, sputarent
Christus & Apostoli non nobis artē dialecticā tradi docere pos
derūt, uanāq; uerborū fallaciā, sed purā scientiam fi- sunt.
de et bonis operibus obseruandā. Hæc dicente iuuenes
& animo sene præsentibus quidam mirati sunt, dictumq;
probauerūt. Dialectici uerò satisfactiōe suscepta ces-
sarunt, rationē uidelicet simplicem ueritatis audientes.

SOZOMENS

Fertur enim & aliud, dum quidam eorum magni Disputatio
ficentiam sermonum extolleretur, & illuderet sacer- simplicis se
dotibus, non pertulit eius fastum quidam senex simplex nis laici.
& innocens ac probatissimus confessorum, sed ac-
cessit aduersus eum proferre sermonem. Hoc itaq; fa-
ctum petulantibus quidem, & simplicem scientibus
confessorem risum mouit, maturioribus uerò formi-
dinem, prouidentibus, ne à uiro uerbis artifice de-
duceretur ad risum, ueruntamen cedentibus, ut quod
uellet ediceret: resistere namq; ei cum talis esset,

Fides no
 stra simplex
 ac sufficiens
 describitur

ni miu[m] uerebantur. In nomine (inquit) Iesu Christi o[mn]i
 Philosophe, audi dogmata ueritatis: Vnus est deus cœ
 li & terræ omniumq[ue] uisibiliu[m] et inuisibiliu[m] creator,
 qui hæc omnia uerbi sui uirtute fecit, & spiritus sui
 sanctitate firmavit. Hoc itaq[ue] uerbū quod nos, inquit
 filium Dei nominamus, habita misericordia super ho
 mines, ab errore eos et ferali religiōe liberauit, pas
 sus ex muliere nasci, & cum hominibus conuersari,
 & mori pro eis, uenietq[ue] denuo iudicaturus singulo
 rum uitam. Hæc ita se habere sine perscrutatione cre
 dimus. Noli igitur inaniter laborare, querens destru
 ere ea quæ fide percepimus. Noli inuestigare modum
 quo fieri hæc, aut non fieri potuerint. Si enim credis
 consulenti mihi, ad ista responde. Obstupescit uerō
 philosophus, credo inquit. Tunc gratias pro deuotio
 ne persoluens, eadem quæ senior æque sectatus est, et
 prioribus consecutoribus unanimes sibi met essent
 persuadebat, non improvide mutatum se iurans, sed
 ineffabili quadam uirtute ad Christianitatem protin
 nus inuitatum.

Deute. 4. Non obliuiscaris uerborum quæ ui
 derūt oculi tui, & ne excidant de cor
 de tuo cunctis diebus uitæ tuæ. Doce
 bis ea filios ac nepotes tuos.

Eruntq[ue]

Eruntq; uerba mea hæc quæ ego Deute. 6.
 præcipio tibi hodie in corde tuo, &
 narrabis ea filijs tuis, & meditaberis
 sedens in domo tua, &c.

Et erit post hæc, effundã spiritum Iohelis. 2.
 meum super omnem carnem, & pro
 phetabunt filij uestri & filia uestra. Mala. 3.

Tunc loquuti sunt timentes Deum
 unusquisq; cum proximo suo. Et at-
 tendit Dominus & audiuit, &c. Eccle. 24.

Adhuc doctrinã quasi prophetiam
 effundã, et relinqvã illã querentibus
 sapientiam, & non desinam in proge-
 nies illorum usq; in ævum sanctum.

CHRYS. IN GEN. HOM. VII. Laici uer-

Volo enim & precor, omnes uos in doctore ordine bñ dei nõ so-
 esse: & non solũ auditores nostrorũ esse dictorũ, sed lum audire
 et alijs doctrinã nostrã afferre, piscariq; errantes, ut sed & doce
 in uia redeant ueritatis, sicut et Paulus (inquit): Vnus re debent
 alterum edificet &c. Cũ timore & tremore salutem
 uestrã operemini. Sic Deus nostrã multitudinẽ auge-
 bit, & uos uberius superna fruemini gratia, magnam
 membrorum uestrorum curam habentes. Neq; enim
 Deus uult ut Christianus seipso tantum contentus sit
 sed

sed ut & alios edificet, & non per doctrinam solum
 sed & per uitã et conuersationem. Neq; sic nos indu-
 cit in ueritatis uiam, ut in uitæ curã. Nam neq; tam
 considerantur ea quæ à nobis dicuntur, quàm quæ à
 nobis aguntur. Et ut scias rem ita se habere, licet infi-
 nitis tantum philosophemur uerbis, & de patientia
 disseramus, & cum tempus fuerit, eam operibus non
 demonstramus, non tantum proderunt uerba, quantũ
 nocebũt opera. Sin ante et post uerba, operũ specimẽ
 exhibuerimus, digni habebimur, qui admoneamus
 alios eorũ, quæ per opera adimplemus: quia & Chri-
 stus illos beatos dixit, inquiens: Beatus qui fecerit, &
 uerbo simul docuerit. Vide quod opus præposuerit, & postea do-
 docere debe-
 mus. *Strinam.* Atq; adeò præcedente opere, etiam si non se-
 quatur doctrina, sufficiũt opera ipsa luce clarius ad-
 docendum eos, qui in nos respiciunt. Hoc igitur om-
 nibus modis consideremus, ut prius operibus doceam-
 mus, & postea sermonibus, ut ne & nos audiamus à
 beato Paulo: Tu qui doces alium, te ipsum non doces?
 Et cum uolumus admonere alium, ut aliquod ex his
 quæ necessaria agat honestè prius studeamus, & nos
 hoc ipsum agere, quò nobis & maior sit loquendi fi-
 ducia, & omnis nostra cura sit in animarum salute
 &c.

IDEM CHRYSO. IN GEN.

Homelia. 9.

Fortè prolixius quàm oportebat sermonè produxi-
 mus, uerū hoc non absq; ratione, neq; temere factum
 est: sed ut absentes ex uobis discant, quantum sibi met
 ipsis damni fecerint ob corporalem cibū semetipsos
 à spiritali cibo subducentes. Caterū ne ualde contri-
 stentur, fraterna eos beneuolētia prosequamini, recen-
 sentes eis quæ à nobis dicta sunt. Hoc enim germanæ
 charitatis argumentum. Nam si inter magna charita-
 tis indicia habent, qui ita de sensibilibus edulijs hoc fa-
 ciūt, multo magis qui in spiritalibus hoc agunt, ma-
 gnum nostrū præconiū celebrāt, reditq; ad nos quic
 quid est utilitatis. Nam cuius studiū est docere proxi-
 mum, is nō tantum illi benefacit, quantū sibi ipsi ma-
 gnā mercedem parat, dum duplicem percipit merce-
 dem retributionemq; à Deo maiorem asequitur. De-
 niq; is qui fratrem docere tentat dum illi commemo-
 rat, & dicta secum repetit, & melius tenet. Igi-
 tur cogitantes tantum lucrum uestrum ne inuidea-
 tis fratribus uestris, sed à uobis discant, quæ nunc à
 nobis dicuntur. Ut autem plenius doceantur ducite
 eos ad nos, persuadentes eis, quod nihil ot est spiri-
 tuali mensæ, si præcedat corporalis cibi sumptio, sed
 haberi

Eadem ha- haberi debet omne tempus spiritali sermoni idoneū
bet eodem Hac si rectè tenemus, poterimus & domi uersantes,
lib. Ho. 22. & post conuiuium acceptis in manus diuinis libris,
 utilitatem inde capere, & spiritalium cibum animæ
 præbere. Nam sicut corpus indiget sensibili cibo, ita
 & anima quotidiana spiritalium ciborū refocilla-
 tione, ut roborata aduersus carnis insultus, & conti-
 nuum bellum, quo urgemur, resistere possit. Et peri-
 culum est ne in seruitutē redigatur anima, si uel pa-
Psalm. 1. rum desides esse uoluerimus. Proinde propheta Da-
 uid beatū illum dixit, qui in lege Domini meditatur
 die ac nocte. Et beatus Moyses Iudaici populi do-
Deut. 6. ctor dicit: Cum comederis & biberis, & satiatus
 fueris, memor esto domini Dei tui. Vide, quomodo et
 tunc potissimū cōgruit, post sumptum corporalem ci-
Cibo cor- bum spiritalium conuiuū proponi, ut nō post societa-
porali sum- tem cibi corporalis, anima torpere, & deses fieri in-
pto spiritu- cipiens, perniciem aliquam sentiat, & locū det dia-
alē quære- boli machinationibus, qui nullo non tempore obser-
re debemus uat, num ferire cōmodè queat. Et iterum alio loco di-
 cebat idem ille propheta: In lecto cubantes & exur-
 gentes, mementote domini Dei uestri. Vidisti quod
 nunquā uos deceat hanc memoriam ex anima ue-
 stra excludere, sed continenter in conscientia habe-
 re,

re, ac in perpetuo certamine uiuere, nullasq; unquã
admittere inducias, imò ut bene scientes, quantus sit
furor inimici nostri erga nos, sobrios esse, uigilare, et
omnes eius insidias impedire, & nunquam spiritua-
lem negligere alimoniam. Hęc nostra salus est, hęc
spirituales diuitiæ, hęc securitas, si sic nos ipsos quo-
tidie munimus, & per lectionem, & per auditum, et
per spirituale uerbum, &c.

CHRYS. IN MAT. CAP. XXIII.

Homelia. 50.

Quid ergo dicit de sacerdotibus? Super cathedrã Multi sunt
Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, id est, multi sa-
cerdotes, & pauci sacerdotes. Multi nomine, pauci nomine,
opere. Videte ergo, quomodo sedetis super eam: quia pauci re-
cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathe-
drã: non locus sanctificat hominem, sed homo lo-
cum. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis san-
ctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedrã, ho-
norem accipit ab illa: qui malè sederit, iniuriam fa-
cit cathedræ. Ideoq; malus sacerdos, de sacerdotio
suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim
sedens, siquidem bene uixeris, & bene docueris, om-
nium iudex es: si autem bene docueris, & malè uixe-
ris, tui solius condemnator es, &c.

Z Mœror

PROV. 12. Mœror in corde uiri humiliabit illum & sermone bono lætificabitur.

ECCLE. 6. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam & usque ad canos inuenies sapientiam, &c.

IOAN. CHRYSOST. TOM. VI. IN

Gene. Hom. 28. Cap. 9.

Domi etiã Vidisti quomodo quacunq; calamitate humana
laici Biblia nam naturam premente, conueniens ex scripturis ant
diuina le- tidotum accipere liceat, & omnis uitæ huius repel-
gant. latur cura, neque ab ullo quod accidit, grauemur?
 Propterea obsecro, ut subinde huc uenitis, & di-
 uina scripturæ lectionem diligenter auscultetis, non
 solum cum huc uenitis, sed & domi diuina Biblia in
 manus sumite, & utilitatem in eis positam magno
 studio suscipite. Inde enim multum lucri nascitur.
 Primum quidem ut lectione lingua reformetur, dein-
 de anima pennas assumit, & eleuatur, iubareq; solis
 iusticiæ illustratur, perq; tempus illud ab immunda-
 rum cogitationum illecebris liberatur multa quiete
 ac tranquillitate fruens. Insuper quod ad augendas
 uires corpori sensibilis ille cibus facit, id animæ le-
 ctio præstat, &c.

CHRYS.

CHRYS. TOM. I. HOM. I.

in Matth.

Quoniam in duobus mandatis tota lex pendet
 & Prophetæ, id est, in Dei & proximi charitate,
 tum iubendo: Quæcunq; uultis ut faciant uobis ho-
 mines, hæc & uos facite illis. Hæc est enim lex &
 Prophetæ. Quæ certè & seruo rustico, & uiduæ, et
 puero, & erudito, & satis rudi facilia ad intelli-
 gendū sunt, & prorsus exposita. Tales quippe sunt
 sententiæ ueritatis, idq; exitus rerum ipse testatur. Si Præcepta
 quidem omnes ferè quæ sunt agenda didicerunt, diuina intel-
 nec didicerunt modo, uerūctiam quæ didicerant, effi lectu omni-
 cere curarunt. Et non in urbibus solum, atq; plateis, bus facilia,
 sed in ipsis quoq; uerticibus montium. Etenim ibi ma-
 ximè euangelicā uideas florere philosophiam, & an-
 gelorū choros in humano corpore refulgere, cōuer-
 sationēq; omnino cœlestē in terris micare. Nobis si-
 quidē piscatores disciplinā scripsere uiuēdi, nō à pue Piscatores
 ro eligi aliquos ad discendū iubentes, ut Philosophis nobis regu-
 moris est: neq; certū numerū annorū præfinites ad lam uiuendū
 cōsummanda studia uirtutū, sed cunctis generaliter scripsere.
 ætatibus differentes. Illud enim puerorum ludus est,
 hoc ueritas rerū. Locū quoq; disciplinæ huic certum
 dederunt, cœlum profecto, & informatorem eius

Deum proculdubio esse docuerunt. Qui etiam leges, quibus utimur, dedit quales & oportuit. Doctores uerò istius disciplinæ ac principes publicani sunt et piscatores, pelliumq; sutores: non quia exigua etate uixerint, sed qui adhuc uiuant, in æternūq; permanente. Et idcirco defuncti quoq; multū ualēt prodesse discipulis: Huic itaq; disciplina non cum hominibus bellum est, sed aduersus scūissimos dæmones, cōtraq; incorporeas potestates. Propter quod & rex talis exercitus nullus est hominum, nullus est angelorū, sed ipse proculdubio Deus. Arma quoq; istorū militum naturam ipsius belli cōsequenter imitantur. Non enim ex ferro parantur ac pellibus, sed ex ueritate, fide atq; iusticia, cæterisq; uirtutibus.

Iosue. 8. Post hæc legit omnia uerba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta fuerant in legis uolumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat reliquit intactum: &c.

CHRYSOST. TOM. II. IN IOANNEM. Hom. 2. Ex cap. 1.

Quocirca superflua hac admonitione ommissa, illud uos admonendos hortendosq; censeo pernecessarium, ut quo nunc estis animo perseveratis, neq; in hoc

hoc tantum confessu, sed domi quoq; uir cum uxore, Pater fami-
 pater cum filio inuicem de his frequenter loquantur lias uerbū
 & ultro citroq; suam & serant, & inquirent senten dei domi
 tiam, uelintq; probatissimam hanc & pulcherrimā tractare de
 inducere consuetudinem. Nec mihi quispiam dicat, bet.
 pueros in hoc occupari non oportere. Non enim tan-
 tum opus est, ut his uacent admonitionibus, uerum-
 etiam solis, imbecillitatis: tamen nostræ gratia hoc
 non dicimus, neq; eos à secularibus, & terrenis re-
 bus, quemadmodum neq; uos à ciuilibus negocijs, ab/
 ducimus. At qui è septem his diebus unum ad commu-
 nis omnium domini cultum, seruitiumq; collocandū
 merito arbitramur. Nonne ridiculum est, ut seruu-
 los nostros in nostris semper negocijs occupatos ue-
 limus: nos uerò nullum Deo exhibere seruitium: præ in septima
 fertim cum nostra omnis seruitus nihil ei quicquam na.
 conferat? Deus enim nulla re indiget, sed ad nostram
 redundat penitus utilitatem. Vos autem ad spectaculū
 la filijs adductis, neq; ad doctrinam, neq; ad ullam
 bonam frugem eos unquam hortamini. Verū si quid
 sanctum, si quid spirituale comparandum, cogēdum
 ue fuerit inanem id appellatis sollicitudinem. Nonne
 iram Dei in uos merito prouocatis, cū ceteris rebus
 & certo tēpore, & diligenti cura adhibita, in diui-

narum rerum doctrina pueros exerceri, molestū in-
 tempestiuumq; ducitis? Nō sic, nō sic inquam fratres
 dilectissimi. Hęc profecto etas his maximē admoni-
 tionibus iudiget, tenera est, & cito quæ ei instillatur
 imbibit, & audita accipit, tanquā sigillo auditus
 cera, hoc est puerorum animis impresso. Præterea
 Pueri sunt et uita eius in auditu est, & in ipsis ferē inanis, ut uel
 in sacris li- ad uirtutem, uel ad uitium facile possit deflectere. Si
 teris occu- quis igitur eos ab ipsis incunabulis, & quasi uitio-
 pati. rum uestibulis, ad uiam uirtutis abstraheret, in habi-
 tu quodam, & natura recta uiuendi eos cōfirmaret,
 neq; sponte sua facile in deteriora prolaberentur, cū
 eiusmodi à teneris assuetudo ad uirtutē eos alliceret.
 Hoc pacto & maiores diligentius obseruabunt, &
 reuerebuntur, & ciuilibus in rebus utiliores repe-
 rientur. Siquidem ab ineunte etate seniorum mores
 edocebuntur. Neq; enim fieri ut sic dicam, potest, qui
 his aures adhibet, hisq; se apostolicis admonitioni-
 bus prompto animo offeret, quin incredibile quoddā
 bonum, siue uir, siue mulier, siue iuuenis, huius mens
 se participes consequatur.

CHRYSOST. TO. I. HOM.

78. Ex cap. Matth. 25.

Ioan. 21. Et certē si maximē uis esse cum Christo uoluntas

tem eius facias: uoluntas autē eius illa præcipua est,
 ut proximo conducere studeas. Vis ut & aliunde ti-
 bi hanc sententiam corroborarem? Amas me Petre (in Vnicuiq;
 quit) pascue oues meas. Cum tertio ipsum interro- de proximi
 gasset, hæc amoris argumentum esse confirmauit, mo cura cō
 quod non ad sacerdotes solummodo dictum est, ue- missa est.
 rumetiam ad singulos nostrum, quibus uel minimus
 quidē grex commissus esse uidetur, nec enim quia
 minimus est negligi debet. Pater namq; meus com-
 placuit in ipsis. Habet unusquisq; nostrum ouem, ad
 pinguiam eam pascua ducat. Cumq; à lectulo paterfā-
 miliās se receperit, nihil aliud querat, quàm ut ea fā-
 ciat atq; dicat, quibus incrementa religionis domui
 uniuersæ adijciat. Mater autem familiās domum qui-
 dem custodiat, sed multo magis procuret, quomodo
 quæ ad cælos pertinent, uniuersa familia operetur.
 Nam si in rebus secularibus antequam domestica di-
 sponamus, quæ reipublicæ debentur persolui cura-
 mus, ne horum uestigalium causa in forū pertracta-
 ri, ac cædi uituperemur, quanto magis in spiritali-
 bus oportet quæ creatoris Dei & regis omnium sunt,
 prius disponere, ne illo pertrahamur, ubi dentium stri-
 dor est. Has igitur amplectamur uirtutes, quæ nobis
 salutare, & proximo perutile sunt.

CHYSOSTOMVS TO. PRIMO.

Homel. Secunda. Ex Cap. Math.

primo.

Quis enim uestrum respondete quæso qui assistitis,
 unum, si exigatur, Psalmum potest memoriter edisce-
 re, aut quamlibet diuinarum scripturarum alterã por-
 tionem? Nullus omnino est, nec tamen solum istud est
 malum, sed quoniam ad spiritualia desides ac remissi-
 mos ad diabolica, ignem ipsum ardore superatis. Etenim
 si quis uos de theatralibus aliquid uoluerit interroga-
 re canticis, & meretricios illos fractosq; modulos au-
 dire, multos qui illa etiã diligentissime didicerint, po-
 terit inuenire, & qui ea cum maxima etiam pronun-
 ciet uoluptate. Sed horũ criminũ tandẽ illa defensio
 est. Non sum (inquit) ego monachus, uxore habeo, &
 filios et curã domus. Hoc enim est, quod omnia qua-
 si una quadam peste corrumpitis: quoniam lectionem
 diuinarum scripturarum, utiq; ad solos putatis mona-
 chos pertinere, cum multo magis uobis quam illis ne-
 cessaria sit. Qui enim uersantur in medio, & uulnus
 super uulnus quotidie accipiunt, ipsi dei
 potius indigent medica-
 mine.